



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

LXXXI. An Opera justorum sint aeternae vitae Meritoria?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

## IV. DE IVSTIFICA TIONE MERITORIA.

### QVÆSTIO LXXX.

*An vox MERIT isti usurpanda ut  
αγιόγεαφα?*

LUTHERANI, vt Mar. Bucerius in Colloq. Ratisb.  
negat Scripturam, aut Patres voce Meritulos: V-  
sos tamen quosdam dura cum catachresi.

CALVINIANI, vt Caluinus Inst. 3. c. 15. §. 2.  
negat vtendum voce Meritivel mercedis; di-  
cendum dari abs Deo bonis operibus libe-  
ralem rei unerationem. Simul acerbè per-  
stringit S. Patres, quod vnu vocis Meriti pessi-  
mè consuluerint fidei sinceritat. Itaque dis-  
sonat ab Lutheranis verbo; re nihil.

A U T O R. I. Vox Meritum est a-  
perte in Scriptura, Eccl. 16. Misericor-  
dia faciet locum cuique secundum MERI-  
TVM operum.

INSTANT Caluinus non esse vocem Meri-  
tum ibi, sed Katora egyptia.

Dico. Hoc idem est: nam reddere  
alicui secundum opera, est reddere  
vt meretur. Vnde Hebr. 13. Talibus ho-  
stis promeretur Deus εὐαγγεῖται, delecta-  
tur, placatur, ait Chrys. placetur, ait  
Oecumenius. Caluinus; placetur ijs  
Deo; non tamen recte vocatur meri-  
tum. At qui facit placitum alteri, be-  
nè meretur de eodem.

II. Vox meriti deducitur è Scriptu-  
ris, vbi dicitur αἰτία meriti, αἰτίσθαι me-  
teri. Vt 2. Thes. 1. Ut digni habeamini re-  
gno Dei. Apoc. 3. Ambulent meū in albis,  
quia digni sunt. Apoc. 16. Dediisti eis San-  
gainem bibere; digni sunt enim, id est meri-  
ti sunt.

III. Vox Mercedis frequens est Scri-

ptura: Gen. 15. Ego merces tua ma-  
gnanimes. 2. Paral. 15. Confortamini; erit  
enim merces operi vestro. Sap. 5. Apud Do-  
minum est merces eorum. Mat. 5. Merces  
vestra copiosa est in cœlis. 1. Cor. 3. Unus-  
quisque propriam mercedem habebit. A po-  
vlt. Ecce vanio cito, & merces mea mecum.

### QVÆSTIO LXXXI.

*An opera iustorum sint aeterna vite  
meritoria?*

LUTHERANI principio contemptini declama-  
bant de operum meritis: post bisariam temperarunt  
in Confess. Aug. & Apolog. art. 10.

1. Opera bona esse meritoria, hic & isthic, tem-  
poralium & spiritualium, sed non vita æternæ.
2. Esse meritoria, sed non ex lese ut iustis, sed ex  
fide, Deique liberalitate, regentis nostram indigni-  
tatem & operum.

CALVINIANI in Harmonia Confessio-  
num Geneu. & apud Scharpium aiunt: Nes-  
omnibus nostris meritis in opere iustificationis &  
salutis renunciamus; & solum Christi meritum ta-  
le esse, ut iustificationem efficiat, & vitam eternam,  
asserimus. Dicimus ergo, opera in conspectu Dei nec  
ex congruo, nec ex condigno vita eterna esse meri-  
toria.

CALVINVS Inst. 2. ca. 1. §. 9. Inst. 3. ca. 15. §. 3. In  
Antid. seff. 6. c. 14. &c. pro fundamento ponit,  
pec. or. manere in iustis cuius tabe omnia o-  
pera insificantur, ut sint damnabilia.

SVADENT istis. 1. Psal. 102. Coronarte in mi-  
sericordia. Mat. 5. Misericordes misericordiam con-  
sequentur.

2. Isa. 55. Emite absq; vlla commutatione vivum  
& lac. Dan. 9. Non in iustificationibus nostris pro-  
sternimus preces nostras; sed in miserationibus tuis.
3. Luc. 17. Cum feceritis omnia, dicite servi inu-  
tiles sumus.

4. Rom. 6. Stipendium peccati mors; gratia  
Dñi vita eterna.
5. Rom. 8. Non sunt condigne passiones huius.  
&c. Phil. 3. Inueniar non habens meam iustitiam,  
qua ex lege est; sed illam, qua ex fide est Iesu Chri-  
sti. &c.

6. Rom.



6. Rom. 3. Exclusa est gloriatio tua: per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei.

7. Inuria sit Christo, si nostris quid meriti tribuatur.

AUTOR. Opera iustorum verè & propriè sunt aeternæ vitæ meritoria.

I. Sic Scriptura in meo Antichristo

p. 4. q. 44.

II. Sic traditio S. Patrum, apud Bell. l. 5. c. 4. & Concilia Arausicanum, Lateran. Florent. Trid.

III. Ratio. Quia opera iustorum sunt verè iusta: ergo & meritoria. Iusta esse, liquet *soprà quaest.* 76.

IV. Vita aeterna in Scripturis nominatur merces: ergo opera bona sūt verè meritoria.

INSTANT Melanch. in *Apolog. Conf. Aug.* Merces dicitur præmium, quod debetur Promissioni, non Operibus.

Dico. At expressè operibus dari, non promissionibus, dicit Scriptura. Dein debeatur promissioni: at non nisi expleta conditione ei addita de operibus.

INSTANT Caluinus: Merces accipitur ibi figuratè; quia vita aeterna dicitur hereditas; hæc autem non est propriè merces. Illa vero debetur filiis iure hereditatio; non meritorio.

Dico. Infantibus sic promissa debetur & datur: at adultis insuper & iure meritorio: Sicut Christo debebatur iure naturali: at etiam quia *humiliavit se.* &c. præterea Deus exaltavit illum.

V. Quia præmium celeste datur iustis in mensura & proportione operum.

INSTANT. 1. Datur in ecclis præmium operibus; sed non aeterna vita.

2. Dicitur vita aeterna dari operibus; cum soli Fidei detur; cuius signa & fructus sunt opera bona.

DICO AD I. Scriptura ipsissimā exprimit vitam aeternam dari secundum opera. Dein, nominetur illud operum speciale præmium. At nequit nominari. Adhuc, Malis redditur mors aeterna pro malis operibus: ergo bonis et. vitam.

AD II. At datur merces ita beata secundum proportionē operum: non fidei. Nec potest dici esse merces fidei; cum fides Seccariis solum relatiuè & apprehensiue saluet; non autem ipsa per se. Dein, par foret omnium beatitudi & merces: at differentiæ stella à stella.

VI. Quia in Operibus bonis ponitur ratio, cur ijs aeterna vita reddatur.

INSTANT Caluinus Diuinæ prouidentiæ ordo est, ut prædestinatos ad vitam aeternam velit prius facere bona, quam beentur, beantur ob prædestinationē, non ob opera. Unde vox Enim, *Quia sapientia est nota ordinis & consequentiae, non causæ.* Ut Gen. 15. *Quia fecisti rem hanc, multiplicabo semen tuum.*

Dico. Sicut de malorum pénis; ita & de bonorum præmis loquitur Scriptura: *Efuriui enim, & &c.* at ibi de pénis redditur causa vera. Nam stipendium peccati mors: Rom. 6. *Qui autem seminat in spiritu, Gal. 6. de spiritu metet vitam aeternam.* Phil. 2. *Cum timore salutem vestram operamini. &c.* Hæc docent particulas Enim, *Quia, esse verè causales.* Quoad Abraham; Deus promisit ei multiplicationem; sed eam mereri noluit operibus: Sic Isaacum proles impetrare precibus.

VI. Bonis operibus dicunt Scripturæ dari ex iustitia vitam aeternam.

INSTANT Caluinus, 1. dari vt Christianis; non vt operariis. 2. Scripturæ iis hortantur ad studium operum bonorum.

q

Dico

DICO AD I. At expressè ut operariis talium.

AD II. Hortantur; sed præmio proposito beatitatis.

VI. Expressè vita æterna bonis est operibus promissa. Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Ibid. *Omnis qui reliquerit. &c. & vitam æternam posse debet.* 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vita, qua nunc est, & futura.* Vnde promissum est debitum; & præstita conditio habet meritum.

VII. Operantes dicuntur digni præmio; quæ ippe meriti. Luc. 10. *Dignus est operarius mercede sua.* Sap. 3. *Tentauit eos, & innenit eos dignosse.* 2. Thes. 1. *Vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.* Illud autem Rom. 8. *Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam; intelligitur de substâlia operum, non de proportione absoluta.*

DICO AD I. S. Aug. ep. 105. &c. beatitudotribuitur misericordie, non quod ea non sit vera merces meriti; sed quia merita ipsa sunt data ex misericordia. Deinde: In ipso merito est opus misericordia, ob pecc. venialia quibuscum sit meritum.

AD II. Vinum & lac gratiam significant, non gloriam: gratia autem non acquiritur per merita. Ita S. Hieron. in Comment.

AD III. *Inutiles ex nobis, ex natura,* ait S. Ambr. 2. *Inutiles, Deo;* at non nobis, ait V. Beda. 3. S. Aug. serm. 3. de verb. dom. *Inutiles, quia nil vlrâ id facimus, quod debemus.* 4. S. Chry. *Vult nos de nobis humiliter sentire.*

AD IV. S. Aug. l. de grat. & lib. arb. c. 8 & 9. *Stipendium iustitiae est vita æterna; sicut peccati, mors.*

AD V. Fit sermo ibi de salute inchoata per gratiam viæ; & hæc non habetur per merita, sed gratis. Nec ullus eas scripturas exposuit vñquam de gloria patriæ.

AD VI. Fides excludit gloriam gloriantium in se & in propria iustitia; non autem gloriationem in Domino. Ita Bern. serm. 13. in Cant.

AD VII. Merita iustorum nascuntur ex meritis Christi: idcirco hæc ijs magnificantur, vt in effectis. Merita igitur nostra sunt Christi dona.

## QVÆSTIO LXXXII.

*Num quæ fiducia in meritis collocandas sit, vt intuitu mercedis operari liceat?*

I. LUTHERANI negant: & coguntur, quod opera iustorum esse peccata mortalia afferant.

CALVINIANI item pernegant: vt Calvinus Inst. 3. c. 2. §. vlt. & c. 12. §. 3. 4.

Pelagius & Wiceliffus direxerunt contrariū docuerunt, teste Th. Wald. to. 3. c. 7.

AVTOR. Ponenda in Deo spes precepit, sed & aliqua in meritis sic, quatenus ex iis spes nascitur, non ex fide sola. 1. Sic aperte Scriptura in *Antichristop.* 4. q. 45. 2. Ita S. Patres. 3. Ratio. Quia promissa corona diligentibus Deum penderet ex & fidelitate Dei, & operibus nostris. 1. Ioan. 3. *Diligite operare & veritatem: ergo & spes coronæ penderet indidem ex virtute simul.* Ita 3. sent. dist. 23. Quia hic ordo est iustificationis; 1. Fides; 2. Amor salutis; 3. Desiderium ac spes. Vnde S. Ambr. *spes, ait, oritur ex amore; & amor ex spe.*

II. Si merita esse bona verè cognoscatur, potest in iis aliqua ponendi fiducia: sed